Monseigneur

N° 59.

Commissum sibi â Sacra Regia Majestate Domino Nostro Clementissimo Negotium evacuationis atq. eliberationis â Milite Moscovitico, Curlandiæ, Illustrissimus et Reverendmus Dominus Episcopus Livoniæ tali alacritate apud S. Caarem Mtem Elbingæ promoverat, ut obtentam Caarem declarationem, Curlandiam debere esse â stationibus militum et contributionibus liberam, lætabundus quasi, mihi in literis suis nuntiaverit; Verum exitus planè alius evenit, quando de recenti Legio Draganorum Moscoviticorum, ad mille ducentos se extendens homines et tria millia equorum, Curlandiam intravit, non tantum sustentationem et contributionem extorquens, sed etiam multos ægrotos suspectô laborantes morbo, secum ducit, unde quam maximè nova miseræ provinciæ iminet contagio. Idem Illrmus et Rndmus Dominus Episcopus cum tantam operam pro obtinenda evacuatione impenderit, nunc maxime indolebit, quod promissis non satisfiat; proinde rogo Illrmam Vram Excelleam instantissime dignari velit, Sacræ S. Ræ Majestati exponere ac petere quatenus S. R. Mtas literis suis ad S. Caaream Mtem

pro devastata plane Curlandia ferat adhuc de novo
instantiam, quo à locatione militis Moscovitici et con
tributionibus, tandem aliquando maneat libera, ac ut i
dem promovendum S. R. Majestas Ablegato Suo Domino
Comiti Vitztum comitteret, quae literae Regiae [:cum cop
is earum:] si mihi mitterentur, ulterius ad S. Caarem M
jestatem et Dn: Comitem Vitzdum abhinc promovere va
lem, et quoniam etiam Duces Exercitus Lithvaniae in
tendunt locare militem suum in Curlandiam, Illrma Vr
Excellta apud S. R. Mtem literas ad eosdem, cum copi
mihi quoque mittendis, inhibitorias impetrare, ac etiam
voluntatem S. R. Majestatis ratione temporis et rec
tionis Homagii Curlandici, explorare, et ne aliquod
praejudicium aut damnum mihi fiat, benignè praeca
vere velit. Quomodo OberSecretarius Ducalis Joan
nes Christianus Hölcher Aresto Moscovitico multi
temporis detentus, et nunc adhuc, apud me hic existens
cum propinquis suis persecutionem patitur, ex appo
to Statu causae latius Illrmae Vestrae Excellta pate
ac propterea S. R. Majestatis ad S. Caaream Mtem inst

tiales literas atque Dn: Comitem Vitztum commissionem
ut promoveat hocce negotium, quantocyus haud gra,
vatim procurandas mihi mittendas, enixe rogo, quo mi,
nus ipsi aut suis damnum inferatur, nam idem OberSe=
cretarius in foro competenti causam suam justificare
semper poterit quem nunc non auditum nec convictum
condemnare intendunt. Caeterum Illrmae Vestrae Excell:
benignam responsionem ac mentem, ad hocce anterioraque per
scripta mea desideria, proximis expectans, meque constanti
Suae benevolentiae affectui quam optimè commendans, cum
apprecatione bonae valetudinis, cunctae prosperitatis,
rerumque omnium felicissimi successus, ad quaevis recipro
ca praestanda officia obligatus promptissimusque indesi,
nenter maneo,

Monseigneur

de Votre Excellence
le tres humble
tres oblige Servi
teur
Ferdinand. Duc
de Curl.

Gedani die 30. Januarij
Ao 1712.

Princeps Curland. 30. Jan. 171

324.

P. S. Perscripsi jam Illmæ Vræ Excellæ, quomodo pecunia mea quam S. R. Mti mutuo dederam in taleris in specie mihi hic in currenti pecunia numerata sit, ut nunc volens eam in taleros in specie permutare, ab initio duos jam autem tres grossos ad sex tymfones addere necesse est, et sic ulterius ex Mutuo meo S. R. Mti dato, magnum patior damnum, rogo proinde Illmam Vram Excell. S. R. Mtem Meo nomine humillime implorare, ut Consiliario injungeretur, pro illa currenti moneta al pari et sine damno, taleros in specie mihi procurare, posset etiam Ober Commissarius Bliwernitz ad hoc multum contribuere, dumodo ordinationem haberet Regiam, ut mihi daret taleros in specie pro sex tymfonibus aut ducatos pro septem et medio flor: Prusen: pro ea currenti Moneta, quam Legionibus ille solvere posset, vel ut Consiliarius Schuller urgeat apud Civitatem, pro sex tymfonibus permutare taleros in specie.